

*97. Instrumentum donationis di
Andrea de notario Roberto in favore
della chiesa di S. Michele di Potenza*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*97. Instrumentum donationis di
Andrea de notario Roberto in favore
della chiesa di S. Michele di Potenza*

1411-06-25

(c. 114v) In nomine domini nostri Iesu Christi amen.
Anno a nativitate ipsius millesimo quatricentesimo
undecimo, regnante serenissimo domino nostro
Ladislao Dei gratia Hungarie, Ierusalem et Sicilie,
Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Galitie, Lodomerie,
Comanie, Bulgarie rege, Provincie, Forcalquerii ac
Pedinontis comite, regnorum suorum anno vicesimo
tertio feliciter amen, die vicesimo quinto mensis aprilis,
quarte ind(ictioni)s, apud civitatem Potentie.

1

Nos Carlutius de Mustulo de Neapoli, civis et habitator
dicte civitatis annalis iudex civitatis ipsius, Franciscus
notarii Iacobi de eadem civitate puplicus ubilibet per
totum regnum Sicilie reginali autoritate notarius et testes
subscripti ad hoc specialiter vocati et rogati, presenti
scripto fatemur atque testamur // (c. 115r) quod predicto
die adhiens «nostram presentiam» et constitutus coram
nobis venerabilis vir donnus Andreas de notario Roberto,
cantor Potentinus, asserens et dicens quod temporalia
bona tunc perpetuantur tunc terrena fiunt celestia cum
dantur ecclesiis ipsa in Christi nomine consecratis o
«sic» quemque magnum et appetendum commercium cum
pro parvis magna recipiuntur et pro transitoriis vita
donatur eterna illa quidem humanis deserviunt usibus
quod in Christi nomine distributa pro patro suo ante
tribunal futuri iudicis vicem suscipiunt advocati et

Si rileva una discasia nel computo dell'era regni: sia che
si consideri il computo per anni interi, sia che si faccia
riferimento agli anni incipienti (allungati o abbreviati), il 1411
non coincide con il ventitreesimo anno di regno di Ladislao;
non è possibile stabilire se sia imputabile a un errore di
trascrizione.

causam obtinent quam suscipiunt perorandam, clamant et(iam) n(is)i quiescunt ubi terrarum reges tremescunt et cernicosa stant oportuna clamantia ubi principes flectunt genua et philosophi obmutescunt. Ac <sic> igitur consideratione preclara dictus donnus Andreas cantor ductus, consentiens prius in nos predictos iudicem et notarium ut in suos, cum sciret ex certa eius scientia nos suos iudicem et notarium in hac parte non esse nisi fore nostre iurisdictioni subiectum, in nostrum qui supra iudicis, notarii et testium subscriptorum presentia, bona eius gratuita et spontanea voluntate sibi divino spiritu illustrante conceditur <sic> in salute anime sue et parentum suorum donavit, dedit, concessit, tradidit et assignavit donationis titulo inter vivos inrevocabiliter Deo et beate ecclesie Sancti Michaelis de Potentia, in manibus venerabilis viri donni Iuliani Fations de eadem civitate, archipresbiteri et prepositi dicte ecclesie Sancti Michaelis, ut dixit, presentis et nomine et pro parte ipsius ecclesie Santi Michaelis et successorum suorum recipientis, territorium unum quod dictus donnus Andreas cantor tenet et possidet in territorio dicte civitatis Potentie in contrata Rivisci, ubi dicitur Podium donne Argentie a vallone dicti Rivisci ultra, iuxta ab una parte terras ecclesie Sancte Trinitatis, iuxta // (c. 115v) iuxta <sic> terras notarii Cicci de Inganulo, iuxta seram Marginem, iuxta terras ecclesie Sancti Girardi limite comuni mediante, iuxta terras Iohannelli de Madio vallone mediante, iuxta terras Angeli de Salandra vallone mediante, iuxta vallonem Rivisci, iuxta viam publicam et alios fines, francum, liberum, imperpetuum et ab omni onere servitutis exemptum, reservato tamen per eundem donnum Andream cantorem et donatorem usufructu dicti territorii vita sua durante. Et dictus donnus

Andreas cantor donator in corporalem poxessionem dicti territorii eundem donnum Iulianum archipresbiterum et prepositum dicte ecclesie Sancti Michaelis, nomine et pro parte ipsius ecclesie Sancti Michaelis, in corporalem poxessionem coram nobis per fustem induxit ad verum dominium et proprietatem ipsius ecclesie et successorum suorum ad habendum, tenendum, possidendum, vendendum, donandum, permutandum, nec non et quocumque modo voluerint dicta ecclesia et successores sui alienandum, cum viis suis dicto territorio intrandi et exeundi eique cum omnibus aliis iuribus et pertinentiis suis sibi pertinentibus quovis modo, dicto usufructu preterea vita sua durante, ut predictur, reservato. Promictens dictus donnus Andreas cantor donator donationem et assignationem ipsas per se et suos heredes et successores semper firmas, ratas et gratas habere perpetuo et tenere et contra non facere, dicere, opponere vel venire per se et suos heredes et successores aut aliquos quovismodo, in iudicio vel extra iudicium, de iure vel de facto, aliqua occasione, modo, ingenio seu tractatu, sub pena unciarum auri viginti quinque, medietate ipsius si commicti contingerit curie sedis Apostolice vel alteri curie ubi exinde facta fuerit reclamatio seu querela et altera // (c. 116r) medietate dicte ecclesie Sancti Michaelis et eius fauctoribus persolvenda totiens quotiens fuerit quomodolibet contra factum, exinde cum refectione et integra restitutione omnium dannorum interesse et expensarum litis et extra litem que fierent propterea quoquomodo, me predicto notario tanquam persona publica apud predictos iudicem et testes pro parte dicte curie et dicta ecclesia a prefato donatore penam ipsam sollemniter et legitime stipulanti. Renuntians

dictus donnus donnus *<sic>* Andreas cantor donator expresse super hiis exceptioni doli mali, vis, metus et in factum, rei aliter geste seu predicto modo non geste et omnibus legum auxiliis, iuri canonico et civili, iuri scripti et non scripti, iuri longobardo, beneficio restitutionis in integrum, constitutionibus regni veteribus atque novis usibus, consuetudinibus, omni actioni, questioni, revocationi, appellationi, molestie et calumnie, quibus contra predicta vel aliquod predictorum infringeret vel contra ea aliquid obtentaret, ren/untiationi) et omni legi dicenti generalem renuntiationem non valere, quam valere voluit ac si omnes casus legis hic essent particulariter nominati ac legi qua prohibet penam in contractibus non apponi et apposita exigere non deberent, certioratus prius de legibus et renuntiationibus antedictis; acto inter hos contrahentes quod si aliqua iuribus *<sic>* sollempnitas in presenti instrumento deficeret, tacite et expresse intelligatur in eo et totiens refici possit et emendari ad consilium sapientis quotiens opus fuerit, veritatis tamen substantia non mutata. Pro quibus omnibus et singulis attendendis et inviolabiliter observandis quodque predicta omnia et singula vera sunt, dictus donnus Andreas // (c. 116v) cantor donator dicto donno Iuliano archipresbitero et preposito pro parte dicte ecclesie Sancti Michaelis et successorum suorum presenti et recipienti, corporaliter tacta prestitit ad sancta Dei evangelia iuramentum. Unde ad futuram memoriam et dicti cantoris donatoris certitudinem et dicte ecclesie Sancti Michaelis cauthelam, factum est exinde hoc presens publicum instrumentum per manus mei predicti notarii signo, meo solito signatum, mei qui supra iudicis ac nostrorum subscriptorum predictorum testium subscriptionibus roboratum.

2

3

4

5

6

Quod scripsi ego predictus Franciscus puplicus ut supra
notarius qui premissis omnibus vocatus et rogatus
interfui ipsumque meo consueto signo signavi. (SN) Ego
Carlutius de Musculo de Neapoli qui supra iudex annalis
interfui et me subscripsi Ego Franciscus de Aschi testis
interfui Ego Franciscus de Stramp(is) <sic> testis interfui
Ego <sic>

Così S qui, in seguito e in docc. coevi Carlucius de Musculo
Così S per civitatis Potentie (corretto da docc. coevi)
Così S, periodo a tratti non intelligibile per via di probabili
errori di trascrizione
Così S per Farioli (da docc. coevi)
Così S per atque